

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 1741

**Auteur(s) :** Richard du Moulin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Beaumont-le-Roger, Sainte-Trinité, dépendance Le Bec (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1278, 18 janvier

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Richard du Moulin et Jeanne, sa femme, donnent une redevance annuelle de 20 sols 9 deniers qui leur était due sur diverses pièces de terre au Mesnil-Herluin.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Deville Étienne, *Cartulaire de l'église de la Sainte-Trinité de Beaumont-le-Roger*, Paris, Champion, 1912, n° LXXXIV, p. 66-67.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus presentibus et futuris, quod ego Ricardus de Molendino, et Johanna, uxor mea, dedimus et concessimus et in perpetuum dimisimus intuitu caritatis, pro salute animarum nostrarum et antecessorum nostrorum, viris religiosis priori et conventui Sancte Trinitatis de Bellomonte Rogeri et eorum successoribus, viginti solidos et novem denarios annui redditus, quas nobis debebant viri inferius annotati, videlicet, Johannes de Pretis, sex solidos ad festum sancti Remigii, de duabus peciis terre sitis apud Menillum Helluyni, una inter terram Gilleberti Falet, ex una parte, et terram Roberti le Chauchier, ex altera, et altera pecia sita en Morienne, inter terram Ernoldi Guerout, ex una parte, et terram Roberti Caon, ex altera ; item Odelina de Mara, tres solidos et novem denarios ad terminum antedictum, de quadam pecia terre sita apud Menillum Helluyni, inter terram Ernoldi le houlier, ex una parte, et terram Roberti Caon, ex altera ; item Robertus de Petralata, sex solidos ad terminum superius notatum, de duabus peciis terre sitis apud le Vetive, una pecia sita inter terram Michaelis de la Fonteriae, ex una parte, et terram Ernoldi le Francheiz, ex altera ; et alia sita inter terram Anicie Noel, ex una parte, et terram Ernoldi le Francheiz, ex altera ; item Nicholaus, dictus Fae, quinque solidos ad terminum sepeditum, de quadam pecia terre sita apud Menillum Helyuyni, inter terram Roberti le Senescal, ex una parte, et terram Roberti ad Denarios, ex altera ; tenendas et habendas, et jure hereditario possidendos in puram et perpetuam elemosinam dictis religiosis et eorum successoribus, et quicquid nobis posset accidere occasione predicti redditus in futurum, absque ulla reclamatione nostri vel heredium nostrorum de cetero facienda. Et ut hoc firmum et stabile in futurum perseveret, sigilla nostra presenti carte dignum duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M° CC° LXX° septimo, die dominica post festum sancti Mauri abbatis, mense Januario. Testibus hiis : Nicholao, dicto Fae ; Johanne, dicto Loisel, serviente domini regis ; Gilleberto, dicto Le Monnier, et tota parrochia Barci.